

A permisérunt, populorum multitudo, illorum opinionibus falsis decepta, pro ueris accepit, qua diu mendaciter & perniciose ac damnabiliter seminauerunt, eisq[ue] cre- dendo, à recta fide cecidit turba multa, & errore deuio involuitur prohdolor paga- norum, adeo quod per diversa illarum eisdemque conuinciarum partium climata, oues CHRISTI catholicas hæresiarchas ipsi successiue infecerunt, & in stercore men- dacionum fecerunt purgescere. Quapropter generalis Constantiensis synodus tan- tam fidelium & fideli orthodoxyæ plagam & ruinam uidens, exclamare compulsa est cum Augustino: Quid faciete ecclesia medicina, salutem omnium materna charitate conquitens, tanquam inter phreneticos & lethargicos astuanse nūquid contemnere, nunquid desistere debet uel potest? certe non, secundum euandem, iurmo utrisque, si necesse est, molesta sit, qua neutrī est inimica. Nam & molestus est medicus furens phreneticus, & pater indisciplinato filio, ille ligando, iste cædendo, sed ambo diligendo. Si autem negligant, & eos perire permittant, (inquit Augustinus) ista manus tudo potius falsa crudelitas est. Proinde synodus præfata ad omnipotentis dei glori- am, ipsiusque catholice fidei ac Christianæ religionis conseruationem, augmentum & animarum salutem & præseruationem, eosdem Ioannem V uiceloff & Ioannem Husz & Hieronymum, qui inter catena de sacro eucharistia sacramento, & alijs sa- cramentis ecclesiae & articulis fidei, aliter quam sancta Romana ecclesia credit & tenet & prædicat & docet, quam plurima temere & damnabiliter credere ac tene-

Augustinus ad
Felix epistola
167. Et 23. q. 4.
Quid facies,

Augustinus
de correccione
Bonifacii
cap. 5. Et 23. q.
4. Ipsi pietas.

B te, prædicare atque docere pertinaciter attentabant, ueluti hereticos & pertinaces ac obstinatos iam à communione fidelium separatos, de domo dei corporaliter eie- cit, & spiritualiter electos declarauit, & alia nonnulla circa præmissa utilia & salu- bria statuit & decreuit, per qua alti, qui causantibus hæresiarchis eorumque falsis doctrinis huiusmodi spiritualiter de domo dei exierunt, per vias canonicas reducen- tur ad semitas ueritatis. Et quia (sicut dolenter accepimus) non solum in regno Bo- hemie & marchionatus dominis & locis supradictis, uerum etiam in quibusdam partibus & prouincijs contiguis seu uiciniis eiusdem, etiam nonnulli ex seclatoribus & sequacibus hæresum ac errorum hæresiarcharum prædictorum, timore diuino & pudore hurano prorsus abieciis, nec de ipsorum & præseritum Ioannis Husz & Hi- eronymi interitu miserabili sumentes conuersationis & pœnitentia fructum, sed tan- quam in profundum pressi peccatorum, dominum deum blasphemare non cessant, ducentes in itinere nomen eius, quorum mentes pater mendaci sic damnabiliter ex- cacauit, ut prædictos libros, codices & opuscula, hæreses & errores continentis seu continentia, dum etiam per synodus præfatas damnatos & damnata, ac ignibus concremanda deputata & concremata, legunt, student, ac ex eis in sui & multorum

Ioannis 8. 5.

C simplicium periculum, nequid contra statuta, decreta & ordinata in synodo supradicta, sed etiam contra canonicas sanctiones dogmatizare præsumunt, in animarum periculum ac puritatis fidei denigrationem & scandalum plurimorum. Nos igitur attendentes quod error cui non resistitur, approbari uidentur, ac malis & perniciofis erroribus huiusmodi resistere, ac eos de medio Christi fidelium & præsertim de su- pradicatis Bohemia & Moravia dominis & districtibus ac confiniis & uiciniis eo- rum, ne amplius & latius se extendant, funditus euellere cupientes, discreti uestrae sacro approbante concilio Constantiensi per apostolica scripta committimus & man- damus, quatenus uos archiepiscopi & episcopi ac electi, & quilibet uestrum per se seu alium uel alios, quos graues & idoneas personas spirituali iurisdictionem ha- bentes esse uolumus, omnes & singulos, cuiuscunque dignitatis, officij præeminen- tie, status uel conditionis existant & quibuscumque nominibus censeantur, qui de præexcelso, salutifero & supermirabili sacramento corporis & sanguinis domi- ni nostri I E S V C H R I S T I, uel de baptismate seu peccatorum confessio- ne, pœnitentia pro peccatis iniunctione, uel reliquis ecclesiasticis sacramentis seu fidei articulis, aliter sentire aut docere, quam sacrosancta Romana ecclesia